



Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

VIme, 1480

Prima pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

modum apparitionis ipsius. Quarto visus est duobus discipulis euntibus in castellum in specie pegrini. *Lazar.* 16. & *Luc.* 24. Quin to visus est in sero ipsius diei. aggregatis discipulis in cenaculo absente Thoma. *Luc.* 24. & 20. Aliis vero diebus post die resurrectionis. iterum quinque alii vicibus eis apparuit. primo scilicet octaua die resurrectionis presenti thoma. *Io.* 20. Sed ad mare tyberiadis de qua appitione habitu est in presente euangelio. Tertio illis discipulis in gablea in monte thabor. *Lazar.* 28. Quarto in die ascensionis recubentibus. illis discipulis. *Lazar.* 18. Quinto ipsa ea dem die ascensionis. non quidam in terram. sed iam in aere eleuatus apparuit. *Luc.* 24. et. *Adu.* 1. videntibus illis eleuatus est alie autem apparitiones leguntur. que licet vere sint. non tamen habent in canone. Rogemus ergo deum. ut visionem sui nobis manifestet in vita eterna. ubi videamus eum. non speculo et enigmate sed apta claritate sicuti est. qui vivat et regnat usque in eternum.

Feria quinta post pasca. Prima pars sermonis. Tricesiminoxi.

Maria stabat ad monumentum Christi. *Io.* 20. hoc id est succincte legitur. *Lazar.* 16. & *Luc.* 24. Non estignum ut inueniant aliquid. qui negligunt querere. sed diligenter inquirent rationabile est. ut quod cuperint reperiatur. unde Maria magdalena simul cum petro et Iohanne veniens ad monumentum. primo oim Christum videre meruit. quia ad monumentum prostrata. illi vero tunc non videbat quia neglexerunt ibi manere. In hoc autem euangelio ubi agit de ista appitione domini tria tanguntur. Primum est affectuosa mulieris inquisitio. Secundum est gloriosa salutationis apitio ibi: hoc cum dixisset. Tercium est gaudiola resurrectionis annuntiatio ibi: venit maria magdalena: In prima parte tria facit. ostendit enim quanto amore. quanto studio. & quanto dolore ista mulier dominum quereret. Quanto amore quidem. nam ut dicit Gregorius. mentem huius mulieris magna vis amoris accenderat. que a monumento domini et discipulis recedentibus non recedebat. unde dicitur. Maria scilicet magdalena stabat: non quidem recedebat. quia ut dicit Augustinus. viris recedentibus infirmiorum sexum in eodem loco fortior ficebat affectus. Illi recedebant timentes videri a iudeis. sed ista neminem timens stabat: ad monumentum: nesciebat enim in quo iret ad querendum corpus domini. & ideo non recedebat a loco ubi posuerant illud fortis. & extra speluncam. hinc inde attendens sic ubi videret corpus domini. sed tamen erat inter ortum ubi erat monumentum: plorans ne mirans ut dicit Credo. quia maria

Sermo

magdalena amare flebat ad monumentum. Petrus vero nis
hil tale passus est. compassibile enim est muliebre genus. et nam
flebile. Nota quod duplum causam plangendi habebat ista mu
lier. Primam quidem. quod credens corpus domini esse ablatum. cu
currit ad petrum et Iosephum. ut simul cum eis quereret dominum illi vero re
cesserunt. et reliquerunt eam ad monumentum unde videns se so
lam derelictam. ad lacrimas se auertit Tren. 1. Plorens ploreat in
in nocte et lacrime eius in maxillis eius. non est qui soleat eaz
act. Secunda causa plangendi erat. ut dicit Augustinus. quia oculi que
sierant dominum. nec inuenientur. lacrimis vacabant amplius dolē
tes eum esse ablatum de monumento. quod quod oculis fuerit in lig
no quam tanti magistri cuius vita subtracta erat. nec memoria rema
nebat. unde videns corpus esse ablatum lacrimis vacabat Tren.
1. Idcirco ego plorens et oculus meus deducens lacrimas. quod
longe factus est a me solator. auertentes aiaz meam. solus ita
quod fletus illi successerat loco christi unde solabatur. B. Que
nit Augustinus. 4. de sermone. 5. capitulo. Quare fletus cum sit res amara. dulcis
tamen est misericordia et tribulatio. Et respondet licet fletus sit res ama
ra. delectat tamen propter fastidium parentis earum rerum quibus
prius fruebamur. In 9. autem libro capitulo. 12. alia solutione
innuit. nam propter tristitiam causantur lacrimae. que nisi tantum su
perfluum quod plangendo eviciantur. nouum dolorem faciunt ita
ut gemitus sit dolor. cum vero ploreat omittitur. alieniatur caloris que
uedimentum. unde lacrime sunt misericordia delectabilis Amor igitur est ut
dicit Origenes. satiebat eam stare ad monumentum. sed dolor faci
ebat eam ploreat. Secundo ostenditur quanto studio quiescerit do
minus. quia frequenter intuebatur sepulchrum ubi dominum
viderat et posuerat. unde sequitur: dum ergo fleret inclinavit
se: et prospexit in monumentum: primo quidam monumenti
viderat vacuum. dicente angelo: venite et videte locum ubi po
situs erat dominus. nihilominus tamē amore sollicita. iterum atque ite
rum monumentum aspiciendo perquirit. amanti enim ut dicit.
Greco se male asperisse non sufficit. quia vis amoris intentionem
multiplicat inquisitionis. sancta enim desideria dilatatione et escunt
si autem dilatatione deficiunt. desideria non fuerunt. Deinde visio a
gelica sequitur. ubi premititur numerus angelorum: et vidit
duos angelos. prius quidem cum aliis mulieribus vnum ange
lum viderat sedentem super lapidem monumenti. nunc vero du
os vidit ut in ore duorum vel trium testium ster omne verbum. Item
adiungit auenientem habitum: in albis: hinc quod dicit Dyogenes. de

angelica Hierarchia. angeli cum sint incorporei. vestimentis non
 indigent. vnde cum vestimentis albis dicuntur vestiti. vt aliqd
 nobis innuant. sit nam vt dicit Criso. iocunditatis & gaudii p/
 fulgentes amictus. prestant indicia salutifera resurrectionis. Sic
 enim in passione et clypsatus est sol. meroris et angustie signa
 promens crucifigentibus filium dei. ita angeli vite et resurreci/
 onis precones habitu salutiferi festi candidati designabant. Itē
 ponitur eorum positio: Sedentes: In Luca dicitur q̄ stabat. h̄
 vt dicit Augu. intelligendum est q̄ prius sedebant angeli. sed
 cum vidissent Mariam magdalenam assurererunt ei. Itē po/
 nitur ordo ipsorum: viuum ad caput et viuu ad pedes: Caput
 est sciendi principium. vt dicit Augu. z. super. Gen. ad līaz
 capitolo. 13. pedes vero sunt organa propria motus. viuum au/
 tem a non viuo principaliter hys diebus distinguitur sensu. s. &
 motu. Admonstrandum igitur q̄ virtusq̄ vite opera perfecta
 erant in xp̄o. Et ideo alter angelorum ad caput. alter vero ad
 pedes erat. Item ponitur eorum situs: vbi positum fuerat cor/
 pus ihesu: Nam erant angeli intra loculum siue speluncam ista
 mtra quam erat loculus ad caput et ad pedes ipsius loculi. Et
 nota h̄m Augustinum q̄ ista visio angelorum eadem est illi. q̄
 legitur. Luce. 24. Q̄ vero in Luca sequitur q̄ post hanc visio/
 nem Petrus currit ad monumentum propter verba mulierē.
 In Johanne vero aduentus Petri premittitur visioni angelō/
 rum dicit Augustinus q̄ Lucas recapitulando h̄c posuit. Ter
 cō ponitur quomodo lamentabiliter quid quereret. angeli ex/
 posuerint: dicunt ei illi: quasi compatiēdo lachrimis eius: mu/
 lier quid ploras. Crisostomus. angeli lachrimas prohibebant
 et futurum quodammodo gaudium nunciabant. ita enim dixe/
 runt quid ploras ac si dicerent plorare noli. Jere. 31. quiescat
 vox tua a fletu. et oculi tui a lachrimis. deinde reddit causam q̄
 re plangeret: quia tulerant: non dicit abstulerunt bona tempo/
 ralia. sed dixit: dominum meum: licet mortuus esset dominum
 tamen suum esse dicebat: Et nescio vbi posuerunt eum: vnde
 h̄m Augustinum h̄c erat causa moioris doloris. quia nesciebat
 quo iret ad consolandum dolorem sc.

C

Secunda pars